

Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationes|| ROBERTI BELLAR-||MINI E SOCIETATE
IESV,|| DE CONTROVERSIIS CHRISTIANAE|| FIDEI,
ADVERSVS HVIVS TEM-||poris Hæreticos,||**

Tribus Tomis comprehensæ.||

DE SVMMO PON=||TIFICE,|| QVINQVE LIRBRIS|| EXPLICATA.||

Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>

Ingolstadii, [1599]

VD16 B 1607

X. De Nomine Antichristi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53860](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-53860)

100. 14
apparebit, nec regnare incipiet, nisi tribus annis cum di-
dio ante mundi finem. At Papa regnauit iam cum viro
gladio, etiam ipsorum aduersariorum sententia super
annos, & tamen mundus adhuc durat.

CAPVT X.

De nomine Antichristi.

SEQUITVR quarta disputatio, quæ erit de nomi-
proprio & charactere Antichristi. Fatetur omni-
pertinere omnino ad Antichristum verba illa-
annis Apocalypsis 13. Et faciet omnes pufidio-
magnis, diuitiis & pauperes, liberos & seruos habere cha-
eterem in dextra manu, aut in frontibus suis, & ne quis
emere aut vendere, nisi habeat characterem aut nomi-
aut numerum nominis eius; hic sapientia est. Qui habet in-
lectum, computet numerū bestie. Numerus enim hominis
& numerus eius 666.

Sunt autem de hoc numero plures opiniones. Primo
corū, qui dicunt hoc numero non designari nomen
tempus aduentus vel mortis Antichristi. Ita Bullingerus con-
fat. homiliarum in Apocal. vult designari tempus ad-
Antichristi. Item Magdeburgenses qui Centur. I. lib. 1. co-
volunt designari tempus mortis Antichristi; Item quin
qui, teste Clicthoueo in lib. 4. Damasceni cap. 28, volunt
signari mortem Mahumeti, quem dicunt esse Antichristum
quibus consentit LYRANS in hunc locum, qui non per
quidem Mahumetum esse Antichristum; tamē existimat
numero significari mortem Mahumeti futuram sive anno
666. à Christi aduentu.

Hæc opinio est absurdissima. PRIMO, quia Ioannes dicit
se loqui de numero nominis bestiæ. SECUNDO, quia omnia,
cuius est hic numerus, præcipiet omnibus mercatoribus, vi-
eo pro signo vtantur in contractibus, ut patet Apoc. 13. No-
ergo numerus est mortis bestiæ, sed ad ipsam viuentem perti-
net. TERTIO, quia etiam est falsum, Mahumetum mortuum
esse anno Christi 666. Quidam enim dicunt eum mori
anno Domini DC. XXXVII. vt Marthæus Palmerius; quidam

anno Domini D C. XXX. vt Cedrenus in compendio historiarum; quidam anno Domini D C. XXVIII. vt Ioannes Valesius in Chronico Hispaniae.

SECUND A opinio est Davidis Chytræi in cap. 13. Apocal. qui docet nomen Antichristi esse $\lambda\alpha\tau\epsilon\iota\nu\sigma$ vel Hebraicè $\aleph\tau\mu\mu\gamma\imath\tau\mu$. Romanus. Proinde Papam qui princeps Latinus est, cùm in Latio dominetur, & Romanus est Pontifex, esse Antichristum. Idem docet Theodorus Bibliander tab. 10. & propterea tabulam vndecimam suæ Chronologię, quæ incipit ab anno D.C. inscribit, Latinos Papa. Rationes eorum duæ sunt; Vna, quia Irenæus lib. 5. docet, verisimile esse, hoc futurum nomen Antichristi; Altera, quia reuera literæ huius nominis efficiunt illum numerum, ut patet.

γ.	200.	λ.	30.	τ.	300.
γ.	6.	α.	1.	σ.	5.
η.	40.	τ.	300.	ι.	10.
δ.	10.	ε.	5.	τ.	300.
δ.	10.	ι.	10.	α.	1.
η.	400.	ρ.	50.	π.	50.
	666.	ο.	70.		666.
		σ.	200.		
			666.		

littera ἡ γ nominis.

Hæc opinio est prorsus temeraria. Nam in primis, Irenæus dicit quidem, nomen $\lambda\alpha\tau\epsilon\iota\nu\sigma$ probabiliter posse accommodari Antichristo; sed addit, multò probabilius esse, nomen Antichristi, non fore $\lambda\alpha\tau\epsilon\iota\nu\sigma$, sed $\tau\epsilon\tau\alpha\tau$; quod etiam exprimit illum numerum; & est nomen mulè illustrius, cùm sole significet.

Præterea coniectura Irenæi, quæ tunc aliqua erat, modò nulla est. Ipse enim dicit, probabile esse Antichristum vocandum Latinum, non quia dominabitur in Latio; sed quia Latini erant, qui tunc regnabant latissime, & orbem totum tenebant. Cùm enim Antichristus debeat esse Rex potentissimus, sine dubio occupabit potentissima regna, quæ tunc inueniet. Potentissimum autem regnum est Latinorum, inquit Irenæus. Ipsi enim nunc verissimè regnant. Sanè coniectura

ista hoc tempore nihil valet; Nam Latini non amplius
gnant in toto orbe terrarum: Sed Turcae sunt qui verissim
regnant. & apud nos Hispani, & Galli; non Latini.

Præterea nomen Latini, ut significat Romanum, non
bitur per, et, sed per simplex Iota; & tunc non reddit illum
merum. Quomodo etiam refelli potest commentum de
mine יְהוָה. Nam Romanus non potest terminari
cūm sit nomen Masculinum. Illa enim fœminorum
minatio est apud Hebræos. Remota autem litera, de
CCCC. ad numerum Antichristi. I T E M nomen λατεῖνος
si erit Antichristi nomen, erit proprium ei, ut Aretas docet.
vfitatum maximè; nam debebit ostendi in signum ab omni
bus qui emunt, aut vendunt: At nomen λατεῖνος, est con
mune. Nec enim ullus Papa vocatus est vñquā nomine pro
prio Latinus, nec est hoc nomen vfitatum; nunquam tamen
Papæ se Latinos vocant, sed solum Episcopos aut Papas.

Porrò Romanus, nomen fuit proprium vnius solius Po
tificis; qui tamen non potuit esse Antichristus, cūm auer
rit nisi mensibus quatuor; alioqui autē nomen est comune.

Denique, si solum hoc nomen λατεῖνος vel Romane
ficerent numerum 666 aliquid dicerent aduersarij. Atque
merabilia nomina inueniuntur, quæ hūc eundem numerum
reddunt. HIPPOLYTUS Martyr, in oratione de consum
tione mundi, notauit aliud nomen, quod reddit illum num
erum; nimirum ἀγνόου; id est, nego. ARETAS annotauit
p̄tem. λαμπέτης, id est, illustris. τετάρτη; id est, sol. δικαίωσις;
id est, victor. νακόσιος συζῆς; id est, prauus dux. ἀλόνθις οὐδείς;
id est, verè nocens. πάλαι βάσκανος; id est, olim inuidus
αἴρυντος ἀδικοῦ; id est, agnus nocens. PRIMASIUS addit. alia
ἀντερος; id est, contrarius. RUPERTVS, & ante eum HAY
MO, excogitauerunt duo alia, nimirum γερονεύδης, quod est
nomen Gothicum, & DIC LVX, Latinum, quod facit 666. In
Latino more accipiamus. D. pro quingentis, I. pro uno, C. pro
centum, L. pro quinquaginta, V. pro quinque, X. pro decem
nibus.

Ex recentioribus GVLIELMVS Lindanus lib. 3. Dubitan
tij notat Martin Lauter reddere numerum 666. si litera Lat
inica.

nz accipiantur pro numeris more Græcarum & Hebraicarum, hoc modo; A. 1. B. 2. C. 3. D. 4. E. 5. F. 6. G. 7. H. 8. I. 9. K. 10. L. 20. M. 30. N. 40. O. 50. P. 60. Q. 70. R. 80. S. 90. T. 100. V. 200. X. 300. Y. 400. Z. 500. Gilbertus GENEBRAR-
pys libro vltimo Chronologiaz notauit etiam nomen Lu-
sheri Hebraicè numerum illum efficere לזרן.

ג.	4.	ט.	200.	Addo ego in gratiā Lu-
ב.	2.	א.	1.	theri & Chyrræ duo alia,
ג.	10.	י.	60.	כִּירְבָּרֵךְ id est, David Chyrræus, &
ז.	4.	ו.	70.	מַעֲשֵׂר eundem numerum reddere, quod no-
ב.	20.	ו.	50.	men ita conuenit Lutheri, sicut Papæ nomen La-
נ.	10.	ט.	5.	tini.
ת.	400.	א.	10.	TERTIA opinio est
ג.	200.	ו.	70.	multorum Catholicorū,
ו.	10.	ס.	200.	qui suspicantur Antichri-
ו.	6.			666. 666. stum vocadum אַנְטֶפֹּעַ;

cum quia hoc nomen propriè illi conueniat; tum etiam quia reddit exactè illum numerum. Ita Primasius, Anselmus, & Richardus.

Refutatur rectè à Ruperto hæc opinio; quoniam nomen quod hic Ioannes insinuat, non erit nomen Antichristo ab aduersariis impositum, sed nomen quod ipse sibi usurpabit, & in quo gloriabitur; adeò ut iubeat inscribi in frontibus hominum. Non est autem credibile eum sibi assumptum nōmē aliquod odiosum aut vile, quale est אַנְטֶפֹּעַ, & etiam omnia ferè alia suprà memorata.

QVARTA sententia est ipsius RUPERTI, qui existimat hoc numero non significari nomen Antichristi; sed significari, triplicem præuaricationem Diaboli in Antichristo complendam: Nam senarius numerus, quia non pertingit ad septenarium, in quo est requies & beatitudo, est numerus cœturæ per præuaricationem excidentis à requie; Diabolus autem triplicem præuaricationem incurrit, seu potius vnam triplicauit. Primum enim præuaricatus est cum in se pecca-

aaa 4 uit;

uit; Deinde rursum, cùm primùm hominem peccare fecit, tunc ad simplicem senarium addidit sexagenarium; Denique tertio præuaricabitur, cùm per Antichristum totum mundum seducet, & tunc ad sexagesimum addet sexcentesimum.

QVINTA sententia BEDAE est, qui contraria via incedat ac docet numerum senarium esse perfectum, quia sex dicitur facit Deus cœlum & terram; sexagesimū verò perfectione & sexcentesimum perfectissimum. ex quo colligit, Annulus designari per numerum 666. quia usurpabit sibi perfectissimum tributum, quod soli debetur Deo. In cuius refigram legimus 3. Reg. cap. 10. Pondus auri, quod adferebat Salomonis per singulos annos, fuisse talentorum sexcentorum sexaginta sex millium.

Hæ duæ sententiæ, non videntur satis quadrare cum quod Ioannes dicit; numerum illum esse numerum nomini non dignitatis, aut præuaricationis: sed nec isti Patres volunt sententias illas suas alio loco haberi, quām suspiciorum & coniecturarum.

Verissima igitur sententia est eorū, qui ignorantiam confiteruntur, ac dicunt, adhuc ignorari nomen Annihil. quæ sententia est Irenæi lib. 5. Arethæ in hunc locum Apocalypsis, & aliorum. Placet autem adscribere verba Irenæi, quoniam ad eum legendum Chyträus lectores suos hortatus est *Horror, inquit, studiosos, Et de hoc Apocalypsis loco postrema Irenæi paginus 333. Et 334 perlegant, qui verecunde Et prius hoc numero bestie disputatione, Et inter cetera Latinum sermanum fore Antichristum indicat, nomine λατεῖνος.*

IRENÆVS igitur sic ait: *Certius ergo Et sine periculo Et sustinere adimplectionem propheticæ; quām suspicari Et diuinari nomina qualibet: quando multa nomina inueniri possunt habentia predictum numerum. Et nihilominus quidem erit haec eadem quæstio. Si enim multa sunt quæ inueniuntur nomina, habentia numerū hunc; quod ex ipsis portabit, qui veniet, queritur: quoniam aut non propriæ inopiam nominum habentium numerum nominis eius dicimus hec, sed propter timorem erga Deum, Et zelum Veritatis. Euāvðas enim nomen, habet numerū, de quo queritur. Sed nihil de eo affirmamus. Sed Et λατεῖνος nomen, sexcentorū sexaginta sex numerū; Et Valde Gerifse.*

Verisimile est, quoniam verissimum regnum hoc habet voculum. Latini enim sunt, qui nunc regnant. Sed non in hoc nos gloriabimur. Sed Σ tertav, prima syllaba per duas Gracas vocales & Σ i, scripta, omnium nominum, qui apud nos inueniuntur, magis fide dignum est. Et infra: Cum igitur tantum suasionum habeat hoc nomen Titan, tantam habeat verissimilitudinem, ut ex multis colligamus, ne forte Titan vocetur, qui veniet: nos tamen non periclitabimus in eo, nec assuerantes pronunciabimus, hoc eum nomen habeturum; scientes, quoniam si opereretur manifeste praesenti tempore praconari nomine Iesu, per ipsum & tique editum fuisset, qui Σ Apocalypsin viderat. Hac ille.

Audiat igitur CHYTRABVS Irenaeum verecundè, piè & eruditè disserētem, & non falsò illi imponat, quod nunquam dixit. Nec enim iudicauit Irenaeus, Antichristum fore Latinum, seu Romanum; sed ait, & aliquoties repetiit, non posse hoc tempore sciri nomen Antichristi: Idque dupli ratione, eaque optima approbavit. PRIMA, quia multa inueniuntur nomina quæ numerum illum efficiunt: nec diuinare liceat ex tam multis similibus, quod sit illud vnum, quod prædictum est. DEINDE, quoniam si Deus vellet hoc tempore sciri, per ipsum Ioannem viisque id prodidisset. A didicit vero, non inopia nominum seita loqui; sed ex timore Dei, & zelo veritatis. Ac propterea tria nomina in medium attulit, Euādas. Λατεῖνος & Tertav, ex quibus secundum verisimilius primo, & tertium secundo esse affirmauit; nullum vero certum.

TERTIAM quoque rationem addere possumus ex eodem Irenæo, Nam paulò antè disputans aduersus eos, qui falsa nomina Antichristi ex propria sua inuentione colligebant; ait eos propterea in multa incommoda labi. Nam exponunt se periculo errandi, & alios decipiendi; atque id efficiendi, ut tam ipsi, quam alij permulti ab Antichristo facillimè seducantur. Nam cum venerit, & aliud nomen habuerit, quam ipsi sibi persuaserunt eum habiturum, non habebitur ab eis pro Antichristo, atq; ita non evitabitur. Quæ omnia incommoda sine dubio Lutheranis euident, & præcipue hoc postremum. Quia enim sibi persuaserunt, Romanum Pontificem esse Antichristum: cum ille verus Antichristus aduenerit, non facile cognoscetur ab eis; proinde nec evitabitur.

Est autem hoc loco notandum; Antichristi nomen fō
notissimum, cūm ille venerit. Nam etiam ante quam Christus
veniret, Iudæi non certō nouerant quo nomine appellandū
esset, etiam si multa de eius nomine Prophetæ prædixerāt;
Quin etiam Sybilla quædam, vt est in l.lib.carminum Syb.
linorum, notauerat numerum nominis Christi futuri, ac
ixerat esse 888. vt Ioannes de Antichristo scriptit, numen
nominis eius esse 666. Et tamen nondum poterant homines
ante Christi aduentum dicere, vocandum esse Iesum. At po
ste aquam Christus venit, omnis controversia sublata est, &
omnes omnino sciunt, eum Iesum appellari.

Sed (inquit Sybilla) quæ sit numerus totius 1. 10.
summa docebo.

Namque octo monadas, totidem decades 11. 8.
super ista

Atque hecatontadas octo, infidis signifi- 12. 70.
cabit

Humanis nomen, tu vero mente tene- 13. 40.
so.

800.

Accedat, commune esse omnibus vaticiniis Prophetarum,
vt ambiguæ & obscuræ sint, donec impletantur. vt Irenaeus
Et docet, & probat lib.4.cap.43.

Ex his argumētum insolubile sumi potest, ad probandum
Romanum Pontificem non esse Antichristum; & ipsum Antichristum
nondum venisse. Nam si Antichristus venisset, 12.
esset Romanus Pontifex; certō constaret de nomine eius, 13.
Ioanne prædicto: sicut quia Christus noster venit, iam nulla
quæstio est, ne apud Turcas quidem, & Iudæos, & Paganos,
quemadmodum appelletur. At de nomine Antichristi adhuc
maxima controversia est; vt tot opinionibus recitatis & refuta-
tatis planum fecimus: igitur Ioannis vaticinium nondum est
implatum; proinde Antichristus nondum venit, nec etiam Ro-
manus Pontifex.

Adde confirmationem ex Confessione Augustini MAR-
LORATI, qui in magna explicatione ex variis Lutheranis &
Caluinistis collecta in testamentum nouum; de hoc loco ita
scribit: *Loci huic roriferè sunt expositiones, quot expositorum*
quo appareret, obscurissimum, & enigmaticum esse. Hac illa
At si adhuc est obscurissimum, & enigmaticum vaticinium,
non

nomen suum Christum appellando rædixerat innum Sp. futuri, ad numerum hominum sum. Atque plata est, i. 10. 8. 200. 70. 400. 200. 800. phemus; renatus; bandus. sum An. illis, 21. ne eius, 1. am nula. Paganos, isti adhuc. is & refu- ndum est. eccl. Ro- i MAR- eranis & loco ita ofstori: Iac ille. cinium; non

non igitur est impletum; non ergo Antichristus venit. Siquidem omnia vaticinia, cum impleta sunt, clarissima efficiuntur. Cur igitur Marlorate, præfatione in Apocalypsim iactas; ita perspicuum esse Romanum Pontificem esse Antichristum, ut si vos tacueritis, lapides sint clamatur?

CAPVT XI.

De charactere Antichristi.

DE charactere Antichristi sunt etiam duæ vel tres opiniones. PRIMA est hæreticorum huius temporis, qui docent characterem Antichristi esse signum aliquod obedientię, & coniunctionis cum Romano Pontifice. Non tamen eodem modo explicant, quod sit illud signum. Henricus BULLINGERVS, serm. 61. in Apocalypsim, vult esse unctionem Chrismati, quo Christiani omnes Romano Pontifici obedientes in frontibus consignantur. Theodorus BIBLIANDER in Chronico, tabul. 10. dicit characterem Antichristi esse professionem Romanæ fidei; ita ut non habeatur verus Christianæ fidei cultor, qui non profitetur, se Romanæ Ecclesiæ adhærere. DAVID CHYTRAEVS præter hæc duo addit iuramentum fidelitatis, quod multi Pontifici Romano præstare coguntur; Item unctionem sacerdotalem, quæ in vertice & manu accipitur, & imprimit, & Papista, inquit, vocant, characterem indelebilem: Deniq; procumbere ad statuas, & panem consecratum; & missis funebribus interesse.

Nec dissimilia sunt quæ docent Sebastianus MEYER, & alij apud Augustinum Marloratum in hunc locum Apocalypsim. Sed facile est has nugas refutare; tum quia non conueniunt cum verbis ipsius textus; tum etiam, quia ista omnia signa fuerunt in Ecclesia Catholica, antequam Antichristus eorum opinione apparuisset.

PRIMUM igitur ex textu habemus, characterem unum futurum, non multos. Semper enim in numero singulari Scriptura loquitur tam de charactere, quam de nomine, & numero nominis Antichristi. Unus igitur character erit; unus item nomen Antichristi proprium; & unus eius nominis numerus. Proinde cum aduersarij tot characteres multiplicant,